



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Historiae Ecclesiasticae Pars ...**

Historiae Ecclesiasticae Pars Tertia, Qva Continentvr Hermiae Sozomeni  
Salaminij lib. 9. Euagrij Scholastici Epiphanensis lib. 6

**Christopherson, John**

**[Köln], 1569**

De motu inter Christianos ac Paganos facto. De Attalo, de Saro: Quo modo  
Alarichus dolo Romam cepерit, & D. Petri templum Asylū constituerit.  
Capvt IX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12718**

LLV  
SOZOMENI HISTOR.

manifestum esset Deum aduersari Imperio Attali, animad uertens Alachrius frustra se laborare in rem, quæ sibi in manibus nō esset, cum Honorio promissis acceptis, de Attali Imperio dissoluendo paciscitur: omnibus itaq; cōgregatis, ante ciuitatem Attalus Imperij insignia deponit, & simul etiam sua cingula deponunt ipsius duces: Cunctisq; delictorum veniā imparitur Honorius, vt in eo honore, eaquæ dignitate vnuſquisque permaneat, quem antea sortitus erat: Attalus tamen vnā cum filio suo apud Alarichū porrò mansit, vt qui sibi deinceps apud Romanos versari tutum non esse arbitraretur.

*De motu inter Christianos ac Paganos facto. De Attalo, de Saro: Quo modo Alarichus dolo Romanos cuperit, & D. Petri templum Asylū constituerit.*

CAPVT IX.

**H**asce res huiusmodi euentum fuisse sortitas, haud mediocriter doluerunt tum Pagani, tum illi Christiani, qui Arrianam sectabantur hæresin: Ilti enim ducta coniectura ex Attali tum proposito, & priori educatione, prorsus existimabant, illum palam paganismum amplexurum, & ipsis templo patria restituturum & ferias & victimas: Hi verò se primatum in ecclesiis, sicuti tempore Constantij ac Valentis, rufus consecuturos arbitrabantur, siquidem ille firmatum contineret Imperiu, propterea quod à Sigesario Gotthorum episcopo baptizatus, & ob id cum ipsis vniuersis, tum vel maximè Alaricho charissimus esset: non multo post autem Alarichus cum viuisset ad Alpes (locus hic est plus minus sexaginta stadiis Rauenna distans) cum Imperatore de pace communicat. Sarus autem quidam natione Barbarus, sed in rebus bellicis egregie exercitatus, qui circiter trecentos solos, omnes tamen strenuos ac fideles secum habebat, cum Alaricho ob priorem simultatem suspectus esset, considerabat sibi nequaquam utilia fore inter Gotthos ac Romanos percussa federa: Ideoque repente cum suis irruens, nonnullos ex Barbaris interficit: Hinc igitur & metu simul & ira percitus Alarichus eadē via reuertitur, & Romā obsidione

animad  
e sibi in  
s, de At  
cōgre-  
onit, &  
unctisq;  
honore,  
teasor.  
larichū  
os vē-

obsidione cinctam per proditionē capit. ac militibus suis  
vniuersis ac singulis permisit Romanorum opes diripere,  
vtcumque possent, omnesq; domos eorū deprædari, nisi  
quod Asylum esse voluerit, ob reuerentiā Apostoli, diuī  
Petri templum illud amplissimum, quod supra illius tum-  
bam constructum est & loci plurimum ambit: Ea res in  
causa fuit, quo minus Roma protrsus deleretur. Nam illi  
qui hic saluati fuerant, urbem restaurarunt, cum eo-  
rum ingens esset multitudo.

*De muliere Romana quæ castitatis opus  
perfecit.* CAPVT X.

**C**VM autem, ut credibile est, in huiusmodi ciuitatis ex-  
pugnatione multa accidisse, ego quod mihi tum ec-  
clesiastica historia dignum cōtigisse visum est, literis  
mandabo: Declarat enim viri Barbari factum pium, & for-  
titudinem mulieris Romanae in cōseruanda castitate, vtri-  
usque autem christiani, sed non eiusdem sectæ, quando-  
quidem ille Arieanam, hæc Nicænam doctrinam sectaba-  
tur: Hanc igitur per quam formosam conspicatus iuuenis  
aliquis Alarichi miles, pulchritudine captus ad concubи-  
tum trahebat, reluctantem verò ac vi aduersantē ne quid  
obsceni pateretur, ille stricto gladio se interfectum mi-  
nabatur, & interim summam illi cutem in collo, quasi qui  
ob amorem parceret, perstringebat. Tum illa multo per-  
fusa sanguine collum gladio subiegit, optabilius sibi rata  
mori cum castitate, quam viuere expertam virum alium,  
quam illum, cum quo legitimo matrimonio cōiuncta erat.  
Barbarus igitur cum etiamnum maiore cum terrore illam  
adortus, nihil adhuc proficeret, admiratus eam ob casti-  
tatem, duxit in ecclesiam Apostoli Petri, & traditam cu-  
stodibus, & expensis in eius sustentationem sex aureis, ius-  
fit ut custodirent marito suo.

*De Tyrannus qui illa tempestate aduersus Han-  
rium in Occidente insurrexerint, & quo mo-  
do omnes sublati sint ob Honori ergi Deam  
pietatem.* CAPVT XI.

Dd v Circa